

scribatur duche et consiliarijs Crete, quod ad constructionem et reparationem huiusmodi intendant et studeant solícite ut oportet dantes operam quod ipsum castrum constructum fuerit et reliqua castra custodiantur et bene. 5

33

F<sup>o</sup> 47<sup>r</sup> N<sup>o</sup> 359. Ἀφοῦ ἡ νῆσος εἰρήνευσε καὶ ἐξεκαθαρίσθη τῆς κακίας τῶν ἐπαναστατῶν, οἱ ἐν Κρήτῃ βαλλιστάριοι δὲν εἶναι πλέον ἀναγκαῖοι. Ὁ Δοῦξ καὶ οἱ Σύμβουλοι νὰ φροντίσωσι διὰ τὴν ἐπιστροφὴν αὐτῶν εἰς Βενετίαν. 1334, Ἰανουαρίου 4.

34

Νὰ δοθῶσιν εἰς τὸν Ἰωάννην Καλλέργην αἱ 300 λίτραι γροσίων, αἱ ὁποῖαι τῷ εἶχον ἀποσταλῆ, ἀλλ' ἐκρατήθησαν ὑπὸ τοῦ Δουκός, ὅστις ἀμφέβαλλε περὶ τῆς πίστεως τῶν υἱῶν του. 1334, Ἰανουαρίου 4.

F<sup>o</sup> 47<sup>to</sup> Millesimo trecentesimo XXXIII, die IIII Januarij. 1

Capta. Ceterum quia manifeste conspícimus bona opera facta in hijs factis contra rebelles per filios ser Johannis Kalergi, creditur curiale quod obseruetur quod promissum fuit per nostrum dominium dicto Johanni, silicet quod ille trecentum libre grossorum, sibi per nos misse, quas ducha noster retinuit, dubitans in illo principio de suis filijs antedictis, consignentur eidem non obstante eo quod superinde per galeam per nos scriptum est, ipso obseruante id quod propterra promisit et dante debitam et ordinatam plezariam, qui denarij ad partes illas mittantur per galeas unionis, que in proximo nauigabunt. 5 9

35

Ὁ Ἐμμανουήλ Ἰαλινᾶς, ἰδιοκτῆτης ἀκινήτου ἐν Χάνδακι ἐν τῇ συνοικίᾳ τῶν Ἰουδαίων, ζητεῖ τὴν ἄδειαν, ὅπως ἐνοικιάσῃ ταύτην εἰς Ἰουδαίους. Ἡ Γερουσία ἀναθέτει εἰς τὸν Δοῦκα καὶ τοὺς Συμβούλους Κρήτης, ὅπως ἐνεργήσωσι συμφώνως πρὸς τὸ δίκαιον. 1334, Φεβρουαρίου 28.

F<sup>o</sup> 52<sup>r</sup> N<sup>o</sup> 402. Millesimo trecentesimo XXXIII, die ultimo Februarij. 1

Capta. Cum Hemanuel Jalina noster fidelis de Candida nobis exposuerit quod habet quamdam suam proprietatem positam in ciuitate Candide iuxta iudeos extra confinia determinata, inter que iudei predicti secundum ordinem nostrum stare et habitare debent et quod sui circauicini, qui habent suas proprietates iuxta proprietatem ipsius Manuelis, que proprietates dictorum circauicinorum sunt eciam extra confinia dictorum iudeorum, de gratia nostra ipsas suas proprietates affictauerunt dictis Judeis et continue affictant, et ipse iamdiu de dicta sua proprietate non potuit habere aliquam utilitatem. Et propterea nobis supplicauerit quod sibi concedatur de gratia speciali, quod dictam suam proprietatem possit affictare iudeis predictis. Uadit pars quod scribatur nostro duche et consiliarijs Crete quod in dicto facto fatiant sicut eis iustum et conueniens apparebit, et sic consulunt rectores olim Candide. 5 10 13

